



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCCCLXXII. ad annum DCCCCIX.

Parisiis, 1644

VI. Definitio Synodi Pontigonensis de Adalgaudo presbytero infamato.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15967

ANNO
CARTONI
176.

serias ecclesiæ nostræ , ac filiorum nostrorum; quas hoc an-
no ab Hludouico rege, itemque Hludouico filio eius, &
complicibus eorum , cædes videlicet , & homicidia, adul-
teria, fornicationes, rapinas, sacrilegia , & cetera flagitia,
quæ nullus enumerare potest, ecclesia nostra perpetua est,
vestræ serenitati innotescimus, obsecrantes ut pro Dei om-
nipotentis amore, & pro ingenita vobis benignitate, ac pro
ministerio imposito , nobis & ecclesiæ nostræ ac filiis no-
stris , secundum promulgatam omnibus vestram sapien-
tiam , consulatis pariter ac succurratis: ne de cetero talia
ac tanta mala ecclesia nostra ac regnum patiatur , qualia
haecenus passum est.

VI.

DEFINITIO SYNODI PONTIGONENSIS
de Adalgaudo presbytero infamato.

PRIDIE Idus Iulii , in loco qui vocatur Pontigonis, ita
de Adalgaudo presbytero a legatis sedis apostolicæ,
Leone apocrisiario sanctæ sedis Romanæ , Petro , Ioanne,
itemque Ioanne legatis memoratae sanctæ sedis , & Ansegis-
fo vicario eiusdem sanctæ sedis , & ab omni Concilio defi-
nitum est: ut illi propria ecclesia reddatur, & a præfatis Ka-
lendis quatuor mensium dilatio ad famam suam purgan-
dam illi concedatur. Si post quatuor menses purgare se
canonice non potuerit, nulla eius vox postea penitus au-
diatur.

VII.

CONSENSVS LEONIS EPISCOPI MISSI
apocrisiarii, cum post Synodum discessurus esset.

QVIA dominus noster Ioannes sanctissimus & ter bea-
tissimus papa nos quidem , me scilicet Leonem Gabi-
nensem episcopum & sanctæ Romanæ ecclesiæ missum &
apocrisiarium , & Petrum venerabilem Forosempronia-
tem episcopum, ad hoc has in partes direxit, ut ceu pridem
per venerabiles episcopos Ioannem videlicet & Ioannem
mandauerat , vestra sanctitate aggregata, de negotiis, quæ
inter vtrosque fratres hoc anno emerferant , determina-
remus. Sed nos ob quasdam sanctæ Romane ecclesiæ vti-
litates , & diutius morari nequivimus , & vestram beatifi-